



zu Oder

O.i.840(1-101).



D. T. O. M. A.

THESES  
EX TIT. FF. C.  
ET INST. DE IVRE CO-  
DICILLORVM.

PRAESIDIBVS CLARISSIMIS ET CON-  
SULTISIMIS VIRIS D. JOANNE MICHAELIS  
Cronenburgero, & D. joanne Hollandt, SS. LL. Li-  
cent. Dictatore & Fisco in celeberrimo apud Agrip-  
pinates juris Collegio, ad disputandum  
publicè propositæ

A B

OTHONE HAER à Rourkempen  
HENSBERGANO JUL.

XVI. JULY.

Anno nat. Christi ID. ID. LXXXII.



COLONIAE AGRIPPINÆ  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

M

69



## ORDINIS RATIO.

**H**actenus de Testamento, Hereditibus instituendis & substituendis, qui potissimum testamenta sustinent ne ruant, si hereditatem amplecti velint, (a) dictum est. Quia autem testamenti appellatio quandoque Codicillus venit, & universitas honorum sicut testamentis, ita etiam codicillis, non quidem directo, sed per fidem commissum dari potest, (b) justa methodo nunc de jure codicillorum disseramus, restat.

(a) Cujac. in parat. C. de cod. ff. Venat. ibid.

### THESES I.

**E**ST autem Codicillus ultima voluntas minus solennis, citra hereditatis directa<sup>m</sup> dationem vel ademptionem, coram quinque testibus declarata.  
§. pen. Instit. h.t. §. 1. 2. l. pen. & l. ult. C. cod.

### II.

Codicillus scriptus esse potest vel nuncupatus voce. Et rursus uterque duplex, Codicillus verus & codicillus quasi.

Dn. Vult. I. R. 73. fol. 345. & l. ult. C. cod. l. generali C. de sacros. Eccles.

### III.

Verus est Codicillus, habens heredis institutionem obliquam. (a) Hic testamento imitatur, (b) atque est vice testamenti facti ab intestato. (c) Codicillus quasi est testamento accedens. Est quod, duplex, Testamentarius & Subsidiarius.

(a) Vult. d. l. (b) l. unica §. sancimus, C. de lat. lib. toll. (c) l. ab intestato 6. ff. h.t.

### IV.

Testamentarius est pars testamenti, ejusque appendix, qua test. quid additur vel detrahitur. (a) Subsidiarius est testamento insertus, ut si id jure test. valere non possit, valeat jure codicillorum. Atque hic clausula potius codicillaris, quam codicillus dicitur. (b)

(a) Vult. d. l. & l. i. §. ad causam ff. Test. q. aper. l. 3. §. si quis codicillos, ff. de S. C. Silan. l. quidam, ff. h.t. (b) l. C. cod. l. cohæredi 13. §. filia, ff. de vulg. & pup. subst. l. ex testamento, C. de fideicom.

### V.

Codicillorum causa efficiens est Voluntas ejus qui conficit Codicillos, unde furiosus, qui mente caret, Cod. non facit: (a) Sed qui de facto testari impeditur, codicillari potest. (b)

(a) De quibus latè in tit. Quib non est permisum facere test. Sine dubio nec codicillos facere potest, l. Divi. §. codicillos is demum, & l. 2. §. furiosus, & l. Aristo ff. cod. & l. nec codicillos, C. h. t. (b) l. conficiuntur, §. codicilli ff. cod.

Hinc

V I.

Hinc illa suboritur quæstio: Si pater familias post factum test. se adrogandum dederit, atque ibi codicillos fecerit, ac idem postea sui juris factus decebat, an ex codicillis legata debeantur? Et non deberi respondeo.

Nam nec test. per id tempus factum. valeret, l. qui in potestate, l. si filius familias, ff. Qui test. fac. possunt.

V II.

Materia codicillorum est universitas bonorum, quæ codicillis directo neque dari negadimi potest. (a) Legata (b) verba, libertates (c) & tutelas (d) dari posse manifestum est.

(a) §. codicillis Inst. cod. rationem addit, l. 2. & l. si idem C. cod. Exceptis codicillis militis, l. codicillis militis ff. de test. incl. (b) l. 2. C. Comm. de legat. (c) l. 1. C. de test. l. conficiuntur, §. si ei, ff. h. t. (d) l. 3. & 8. ff. de test. tut.

V III.

Per fideicommissum tamen hereditas codicillis jure relinquitur. (a) Et tunc quidem non capitur à fideicommissario, nisi imminuta detractione quartæ, quam apud heredem ex S. C. manere oportet. (b)

(a) §. codicillis, Inst. & l. 2. C. h. t. (b) l. 2. §. ult. ff. de jure codicillorum. VVes. Schneid. & Mynsing in d. §. cod.

I X.

Neque substituere directo, neque conditionem heredi instituto adjicere quis codicillis potest.

l. Divi in pr. l. si idem, & §. codicillis, ff. C. & Inst. cod. Hotom. consil. 76. nu. x.

X.

Pari ratione heredis institutio, nec non scriptura imperfecta ad testamentum parata, codicilos non facit, ideoq; quod in illo test. scriptum est, licet quasi in codicillis valere potuerit, si testator vellit, tamen non debebitur.

Donell. de l. C. lib. 7. cap. 18. l. 1. ff. h. t. l. ult. §. illud, C. cod.

X I.

Hinc queritur, si substitutio pup. facta in testam. in codicillis vero admatur, an talis ademptio valeat? Quæ tam valere quam non valere cum distinctione potest.

Barthol. in l. 1. nu. ult. ff. h. t.

X II.

Hic quoque dubitatur, An institutio facta de re certa in testam. quo alius est universaliter institutus, posset in codicillis adimi? Et posse respondetur.

per Bald. in l. omnimodo, in pr. 3. q. C. de inoff. test.

X III.

Sed quid si filius institutus heres universalis, & filia exclusa à statuto in re certa instituta,

stituta, an pater poterit in codicillis institutionem factam filia revocare? Videtur dicere quod sic.

In addit. ad Barth. in l. 2. C. h. t. ubi allegatur Alex.

#### XIV.

Plane si quis nuncupet heredem, ut in testamento nuncupativo, & postea legata in tabulas conferat, Codicilli potius quam testamentum hereditabulæ existimanda, in quibus heres nullus scriptus est.

VVesemb. in parat. ff. h. t. nu. 5. & text. express. in l. fin. ff. cod.

#### X V.

Quamvis autem test. imperfectum ne jure quidem Codicillorum sustineri potest, (a) Si tamen vulgaris illa clausula adjecta fuerit (nempe, si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum) verba directa institutionis in vim fideicommissi valebunt. (b)

(a) ut suprà (b) l. 1. & 8. ubi gl. ff. h. t. l. fin. §. illud. C. cod. Iason in auth. novissima, num. 20. C. de inoff. test. & ibid. Sichard. num. 21. Item jul. Clar. in §. testamentum, quæst. 49. Gail lib. 2. pr. obs. 114. Si alias constet Testatorem hujus clausulæ mentionem fecisse, alias enim vix Notario soli, ea de re in instrumento attestanti creditur, quia hic de magno filiorum præjudicio agitur, & arg. eorum quæ tradit idem Gail eod lib. 2. obs. 27. num. 24. Aut evidenter constet, testatorem noluisse testam. sed potius codicillos facere, tum etiā sine clausula verba institutionis directa ad fideicommissum benigna quadam interpretatione trahentur. Mynf. in §. codicillis. Instit. h. t. Bart. & Dd. in l. illud. §. tractari, h. t. & in l. Scævola 76. ff. Ad Treb. ut si jussit valere omni meliori modo, quo valere potest.

#### X VI.

Quid si per errorem vel imperitiam Notarii clausula in testam. sit apposita, Quod testamentum non valere velit nisi jure codicillorum, an substatinebitur in vim testamenti? Quod negamus.

Jul. Clar. in §. testam. quæst. 4. nu. 4. & Ioan. Andr. in addit. ad Spec. De instrum. edit. §. compendiose, nu. 17. in verbo codicillum. Paul. de Cast. in l. nemo potest. num. 4. ff. de legat. i.

#### X VII.

Hinc difficultis ac variè inter Doctores disputata sese offert quæstio: An dicta clausula codicillaris in testamento nativitate posthumírupto aliquid operetur? Et nihil operari aequitati magis consonum est.

Vide jul. Clar. in §. test. q. 46. nu. 2. Præsertim ubi hæc clausula non expressè Testatoris juris mediocreiter periti jussu adjecta est, sed à Tabellionibus ex usitata eorum cōsuetudine & communi stylo adscripta, Hotom. obs. lib. 8. cap. 1. in fine.

#### X VIII.

Neque hoc omittendum censeo: Si cautio codicillaris testam. per verba fut. temp. inserita sit, & heres institutus non ad ita hereditate decesserit. An hoc casu à legitimis testatoris heredibus fideicommissum peti possit? Et posse documento est.

I. Eam quam 14. C. de fideicom. Et Barth. in l. 1. ff. h. t.

Hujus



## XIX.

Hujus tamen clausula, quando testamentum ratione voluntatis imperfectum, nec que ad pias causas, nec inter liberos, nullus effectus est.

Barth. in l.i.nu.8.ff.h.t. & Dd. communiter in l.si is, qui ff. de test. & l.hac consultissima. §. ex imperfecto, C.eod. Et in Camer. Imper. observatur, Teste Mynsing. cent. 5. obser. 28.

## XX.

Forma codicillorum est, ut coram quinq<sup>u</sup> testibus rogatis vel fortuitò venientibus masculis vel fœminis uno eodemq<sup>ue</sup> tempore adhibitis, in scriptis vel sine scriptis: & si in scriptis cum quinque testium præsentium subscriptione, conficiantur.

D. Venat. C.de cod. Cum scilicet probationi testium, non etiam quando hæredis conscientiæ & juramento codicilli committuntur. VVesemb.in Parat. ff.h.t.nu.4.

## XXI.

Legatarij aut fideicommissarij in codicillis testes esse non possunt.  
arg. corum quæ tradit VVesemb. in parat. de testam. nu. II.

## XXII.

Codicillus etiam absque testibus in acta publica redigi potest. (a) Aut solennitas ob rusticitatem vel necessitatem pestis belli ve lege remittitur. (b) Aut ob militiam vel aliam causam. (c)

(a) l. omnium C.de test. (b) l. ult. ubi jason C.de testam. (c) l. licet, C.de partis. Et ex rationibus in §. 10. Instit de fideicom. hæred. positis.

## XXIII.

Codicillo testatoris manu neque scribi, neque signari necesse est. Licet in confirmatione codicillorum paterfamilias adjererit, ut non aliâs valere velit, quam sua manu signatos & subscriptos: tamen valent facti ab eo codicilli, licet neque ab eo signati, neque manu eius scripti fuerint.

Text. in l. Divi 6. §. licet, ff. h.t. ubi ratio ejus additur.

## XXIV.

Cum pluribus codicillis etiam diversis & diversarum rerum quis decedere potest, nisi fint contrarij, nam tunc posterioribus statut.

§. Codicilos ult. Instit hic ubi Schneid. VVesemb. Mynsin. & Balduin. & l. Cum proponatis C.cod.

## XXV.

Codicilli, sive precedant sive sequantur testamentum, sive ab intestato relinquantur, hunc habent effectum, ut quæ scripta sunt in ijs, perinde habeantur ac si in testamento scripta essent.

l. 2. §. codicillorum ff. h.t.

Codicilli

## XXVI.

Codicilli ijsdem modis infirmantur, quibus testamenta, (a) præsertim si cum test. facti.  
Nam tunc collapo principali, testam. scilicet, corruet quoq; accessorium, codicillus. (b)

(a) Azo in summa C.cod. Et quib. mod. test. infirm. late. (b) l.i. C.cod. & gl. in l.ab in-  
testato in fin. ff. h.t.

## XXVII.

Codicilli ab intestato sic quoq; infirmantur, excepto eo, quod agnatione postbumi non  
rumpantur. (a) Eodem quoq; modo codicilli publicantur & aperiuntur, quo & testamen-  
tum. (b)

(a) d.l.ab intestato. Et in hoc differunt codicilli ab intestato codicillis cum testam-  
factis, secund. gl. & Paul. de Castr. post. text. in d.l.i. C.cod. (b) l.codicillos. ult. C. Quen  
ad. test. aper.

## XXVIII.

Quæritur hic à quo legata in codicillis relictæ præstanda sint? Et ab eo, ad quem hære-  
ditas pervenit, præstanda defendam.

Pac. ad l. si alienus 62. de legat. 2. l. ab intestato & l. Si quis cum test. ff. h. tit. & l. ult. C. de-  
hæred. act. & l. 4. ff. de leg. 3. l. si servus 108. §. qui margarita. ff. de leg. 1.

## XXIX.

Sed quid si plures hæredes quis testam. instituit, & à quibusdam nominatum legata  
reliquit: postea codicilos ad omnes hæredes indistinctè scripsit. Vtrum omnes vel in testa-  
mento tantum nominati legata debeant? Et eos, quos testator test. suo ostendit, debere  
concludo.

Text. express. in l. legatorum 33. ff. de leg. 2. l. si plures 98. ff. de legat. 3.

## XXX.

Hinc alia incidit quæstio: utrum hærede in instituto hæreditatem repudiante, legatum  
intercidat, an verò hæredes sequentes legato obligentur? De quo sic habendum, si ad seq.  
hæredem judicio testatoris ea hæritas pertineat, eodem onere eum teneri. Sin aliter,  
non teneri.

Donell. de jure civili lib 8. cap. 29. & l. si quis 32. de leg. 1. l. si qui testamēto, 81. ff. de leg.  
2. l. 1. §. ult. de leg. 3.

## XXXI.

Ex eadem dispositione nemo potest petere hæreditatem ex testamento & ex codicillis.  
Sed si quis agere ex test. de hæritate voluerit, ad fideicommissi persecutionem adspirare  
cupiens, minime permittitur: nam una via intentata, tollitur altera.

l. fin. C.h.t. pluribus enim actionibus sibi contrarijs nemo uti potest, l.i. C. de furtis.

## COROL

# COROLLARIA.

## I.

Quæritur quanam actione relictum in codicillis petatur? Et id vel condicione ex legge. (a) vel utili actione ex testamento peti certum est. (b)  
(a) Secund gl. hic Institut. in verbo. relinquitur (b) gl. pen. in l. Si quis cum §. fin. ff. cod. & Dd. in l. fin. C. h. t.

## II.

Is, cui in codicilliis relictum, beneficio l. ult. C. de Edict. D. Adr. toll. gaudere potest. (a)  
Hæredi quoque hæredis hoc remedium conceditur. (b)  
(a) Bald. & Castr. in l. ult. C. de cod. & in addit. ad Spec. tit. de testam. col. ult. (b) Bart. ad l. ult. C. de Edict. D. Adr. toll. nu. ii. & Tiraquell. tract. le mort sait le vif. part. 2. declar. §. num. 17.

## III.

Relictum jussu patris post obitum suum piæ causæ restituendum, filius restituere non tenetur, si liberos relinquat.  
Bald. & Paul. de Castr. in l. cum acutissimi C. de fideicommissis. Et sic receptū in Cam. Imper. ut testatur. Mynsing. cent. 6. obs 96.

## IV.

Hæres legata testamento minus solenni relictā nōnullis solvens, ab alijs ad alia praestanda cogi non potest.  
jul. Clar. in §. testamentum. quæst. 90. nu. ult. & gl. l. non dubium, in verbo (agnovēxit) in fin. C. de testam.

## V.

Codicillos per testes de auditu non probari.

Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 5. cas. 475. nu. ult. Ob falsitatis timorem. Vide elegans muliebris fallaciæ exemplum apud jul. Clar. in d. §. quæst. 59.

CO



AB:153255  
(X2203998)

K

D. Legat. St. Thomasm. Cod. 12

# Farbkarte #13

B.I.G.



D. T. O. M. A.  
THESES  
X TIT. FF. C  
T INST. DE IVRE CO-  
DICILLORVM.  
ESIDIBVS CLARISSIMIS ET CON-  
ISIMIS VIRIS D. JOANNE MICHAELIS  
enburgero, & D. joanne Hollandt, SS. LL. Li-  
t. Dictatore & Fisco in celeberrimo apud Agrip-  
pinates juris Collegio, ad disputandum  
publicè propositæ  
A B

OTHONE HAE R à Roerkeempen  
HENSBERGANO JUL.  
XVI. julij.  
Anno nat. Christi CID. ID. LXXXII.



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

M

69

